

Sicut infecunda arbor, si fuerit in vinea, dum fundit mortiferam subiectis vitibus umbram, inimica non sibi sibi, sed etiam palmitibus sit fecundis: ita homo defes ignavus; si praestitit populi; non sibi sibi sit noxius, sed multis; dum frequenter se suo vitiat, & perdit exemplo. S. Chrysof. l. 106.

Sol nunquam ecclypiatur sine damno terrae, & fructuum: Capite languente reliqua membra relinquunt officium suum. Broyard. Praelati mali similes statuae in tritico, habenti arcum fictum, & sagittam in manu sua: quam volucres primùm timent, & fugiunt; dein, opera vite in ea non videntes, paulatim appropinquant capiti insident. Idem Praelati mali.

Num. II.

De Superioribus malis varia.

Ex Veteri.

Vocavitque Dominus Deus Adam. Gen. 3. 9. Cur non Evam? Dion. Carthus. vocavit Deus magis Adam, quam Evam. Quoniam principalior fuit: ad insinuandum, quod Superiores, dum peccant, specialiter fiant reprehensibiles apud Deum.

Tolle cunctos Principes populi, & suspende eos contra solem in parabolis. Num. 25. 4. Quid est, quod populus in luxurie voragine labitur; & in eorum Praepositos vindicatur? Subditi delinquent, & Principes in parabolis suspenduntur? scilicet alius est, qui peccat; alius ille, qui vulpatur. Cur hoc? nisi quia culpa subditorum in Praepositorum redundat opprobrium: & quod ab ovibus errat, negligentiae Pastoris adscribitur. Vade, quam formidosa sit conditio Praepositorum; ut non modo pro suis, sed etiam subditorum, puniantur offensis. B. Petrus Dam. l. 4. ep. 15. Origenes sic legit: ostende illos Domino contra solem. Populus peccat, & Principes ostentantur contra solem; idem ad examinandum producantur, ut arguantur a luce. Vides, quae sit conditio Principum populi: non solum pro suis propriis arguantur delictis, sed & pro populi peccatis coguntur reddere rationem; ne ipsorum sit culpa, quod populi deliquit: ne forte non docuerint, ne forte non monuerint. Haec si cogitantur homines, nunquam cuperent, nec ambirent, ad populi principatum. Sufficit enim mihi pro meis propriis argui delictis: sufficit mihi, pro memetipso, & peccatis meis, reddere rationem. Quid mihi necesse est etiam pro populi peccatis ostentari? & ostentari contra solem? ante quem nihil potest abscondi, nihil obscurari. Orig. hic hom. 20.

Rex Roboam fecit duos vitulos aureos. 3. Reg. 12. 28. Unum populus in deserto vitulum conflat; sed hunc mox Moyses combussit usque ad pulverem. Ex. 32. 20. Et tamen Roboam nemo ausus fuit demoliri: nam peccata populi facile corriguntur; sed a regibus impune fiunt. Mendoza in 1. Reg. 8. Annot. 31. sed. 1.

Prophetas domum Achab domini tui. 4. Reg. 9. 7. Cur iustus a Deo Jehu percutere domum Achab; cum non ille occiderit Prophetas, sed Jezabel? Abulensis hic q. 11. Achab sciebat ista, & videbat: & quamquam ipse non videret ea fieri, tamen permittebat ea facere uxori suae Jezabel. Et quia poterat prohibere; & non prohibebat; videbatur ipse agere potissime: quia ad officium suum pertinebat corrigere vitia, & prohibere omnia mala in regno.

Non pecces in multitudinem civitatis. neque alliges duplicia peccata. Eccli. 7. 78. id est, ne gravissime pecces. Rectoris enim crimina duplicia sunt, id est, gravissima: neque enim in uno eris immunis. Nam qui privatus vix poenam evades; quomodo personam gereps publicam pro peccatis vitabis poenas? miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Ps. 50. 1. Non quamcumque consuetam misericordiam sibi adesse possit; sed magnam: ac si ad abluendas maculas Praelatorum eximia divinae misericordiae copia requiratur. Pinna Ethol. 7. & 8.

Egressa est iniquitas de Babylone a senioribus Judicibus, qui videbantur regere populum. Dan. 13. 5. Recte de presbyteris peccatoribus, & desidiis, non ait, qui regerant populum; sed qui videbantur regere: qui enim bene praesunt populo, regunt populum: qui autem nomen habent Judicum, & negligenter praesunt populo; regere videantur populum magis; quam verè regere. S. Hieron. apud Escobart. l. 6. Par. Chr. l. 1. Sect. 2. Obl. 4.

Ex Novo.

Morus magnus factus est. Matth. 8. 24. dormiente Jesu in navicula. Jesus in navi dormit, ubi Judex, & Rector, torpens, & negligenter agunt. Verè periculosus est somnus negligentiae Rectorum, & Principum. S. Bonaventura f. Dom. 5. Epiph.

Simon dormis. Marci 14. 37. q. d. ille Pontificis, & custodis, nomine indignus est; qui ita somno indulget. Bessius D. 5. Epiph.

Virtutes salorum moventur. Luc. 21. 26. Quidam hoc loco

Magistratus, & Rectores, intelligi volunt virtutes coelorum. Haymo: commoveri autem virtutes coelorum dicuntur; quia in illo districto iudicio Praefules rationem exolvent; non solum pro suis artibus, sed etiam pro commissis sibi subditis. Apud Escobart. 5. Prochr. l. 1. Sect. 1. Obl. 6.

Venit ergo ad Simonem Petrum. Joan. 13. 6. Tropolog. indicat hic Christus, visitationem; a Capite, & iis, qui praesunt, inchoandam esse. Com.

Ex Patribus, & aliis.

Detrimentum pecoris, Pastoris ignominia est. S. Hieron. epist. 10.

Multum nocet infirmis in Ecclesia Dei opinio alicujus vitii, five falsa sit, de aliquo homine; & maxime de eo, qui sic est in Ecclesia Catholica constitutus; ut & verbo, & exemplo vitae, aliis debeat, & possit, prodesse. S. Anselmus ep. 9. ad Falconem Ep.

Medici sumus vitorum; at ipsi nos scatemus jugibus morbis. Duces viarum sunt praecipuum. S. Gregor. Naz. Poem. de vita sua.

Indignus lacte, & lana vincitur, si non pascat oves. Si non vigilat in custodia gregis, iudicium sibi manducet, & vestit. Vae! vae tibi Clerice! mors in ollis carniū, mors in hujusmodi delictis est. S. Bernardus f. de verbis Petri: ecce nos reliquimus &c.

Cum Phocas Imp. quasi tyrannus sevirer in innocentes, Monachus quidam cum Deo expostulabat: cur, Domine, fecisti cum Imperatore? responsum illi coelitus: quia non inveni pejorem. Anastasius Nicenus q. 15. in Script. Idem. Monachus quidam hypochrita sceleratus, Angeli monuit, creatus Theobaldus corruptissimae Episcopatus; cum ex honore infolereceret, audivit ab Angelo: cur superbis d. infelix? non es creatus Episcopus, quod dignus Sacerdotio sis; sed quod civitas tali digna erat Episcopo. Cornelius in Of. 13.

Ubi, mutato habitu, illusit est Christus? nonne in domo Herodis regis, & Pilati Praefidis? Jam attende palatia Praefidum. In plateis itaque Praefidum male viventium, & in Ecclesia temporalia luera quaerentium, ac Superbiae fastu tumens, mystice Christus in purpura illuditur. S. Laurent. Just. de triumph. &c. c. 14.

Antistes Ecclesiae, qui virtutibus, & Sapientia, fulgere debebat, auro nitet, & serico: & animum ornatus hodie in corporis cultum permutatus est. Favore, non merito, Ecclesia regitur: & ad curam gregis, non sapiens Pastor, sed potens queritur; non innocens, sed dives; & qui populum Dei magis potentia opprimat, quam vita aedificet. S. Thom. Vill. f. 1. in die Nat. Dom.

Praelatis nostri temporis potius debet poni in manu falx, quam baculus pastoralis: quia ad merendum sunt electi, subditos metunt. Hugo Card. in Joan. 15.

Vae his, qui praesident hominibus, nisi praesideat eis Deus, Blesensis tr. de insit. Episcopo c. 3.

Privato peccanti saepe parciunt. Sed si Praelatus deliquerit in ejus infamiam linguæ omnium accuntur. Blesens. ep. 15.

Praelatis, & Clericis, ignavus in quodam regno simul congregatis, demones eos sic salutarunt: Principes tenebrarum Principibus Ecclesiarum salutarunt: quas vobis referemus gratias? quia, quot vobis commisi, tot sunt nobis missi. Broyard Praelatis &c.

TITULUS XLIV.

SUSPICIO.

Umque vidisset mulier vestem in manibus suis &c. Genes. 39. 13. In argumentum fidei retentum pallium ostendit. Dominus nimium credulus, iratus est valde. Vestis reventa erat potius indicium violentiae mulieris. Nazera in Jos. 7. 8. 21.

Hoc proclivus homo suspicatur in alio, quod sentit in seipso. S. August. in Ps. 118.

Natura ad improbitatem mobilis, observat omnia; & opportuna respicit: ac animi honesti ab improbis sibi haud cavent; ad suspicandum non prou, sed desides. Quo fit, probi sint ut capti facilissimi. S. Gregor. Naz. Poem. de vita sua.

Ad vitium impulsu difficilis natura, tarda est ad malum de alio suspicandum. S. Gregor. Naz. or. 21.

Qui ad vitium minime proclivis est, is nec facile ad malum de alio suspicandum movetur. Id. or. 31.

TITULUS II.

TEMPERANTIA.

S. I.

Sanitatis mater, noverca.

T.

TITULUS I.

TEMPERAMENTA.

Uterque Philisthim Arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon; & statuerunt eam iuxta Dagon. 1. Reg. 5. 2. Philisthi non plane volebant habere Arcam contumeliose, neque omnino venerari. In templo Dagonis eam repositurum: ubi profani Sacerdotes una manu vix veteri. Numini thus adolebant, altera novae Deitatis Cultus illa permissio Dei ita displicuit; ut, qui prius captivitatē infamiam dissimulaverat, tunc novi cultus auctores poenis cumularet. Aggravata autem est manus Domini. 1. Reg. 5. 6. Petrus Celsus l. 1. ep. 21. quamvis in fronte duos habeat oculos; tamen eos ab uno officio disjungere non valet; ut altero coelum, altero terram contueatur. q. d. nulla est spes, una actione satisfieri Christo posse, & Mundo; canonibus sacris, & politicis legibus; commodis Religionis; & cupiditatis commodis. Si frons una duobus oculis inspicere non potest. Orientem, & Occidentem; quomodo poterit anima una, & indivisa, una simul operatione satisfacere naturae corruptae, & sanctissimae gratiae; iustitiae utilitates suas abdicanti, & rapacitati insatiabili; Ecclesiae rebus, & familiae suae incremento. Oliva t. 2. conc. 28.

Vade, & perne Amalec. 1. Reg. 15. 3. Profectus, quod mitebatur, regnum morti additum invasit: at, cum implendum fuit divinum praecipuum; molestum visum est, triumphatori regem Agag caput occidere, pretiosam ejus gazam cremare, & mactare armenta pingulum. Ideo temperamentum volens invenire; cum esset cupidus animi grati in Deum exhibendi, qui acceptam referebat victoriam; & cupidior gloriae magnae triumpho suo comparanda: in qua victus rex diceretur plebeios omnes, qui capti in proelio erant, occidit; at regi vitam donavit. Similiter, ut iustus Samueles pareret, boves macilentos occidit; & ut satisfacere avaritiae, secum abduxit pingues. Dicit non potest, quanteper successerit Deus temperamento illi sacrilego, & temerariae illi confusione; quo miscbatur obsequium praecipit suis, & obtemperatio utilitati propriae. Idem ibidem.

Turbabuntur gentes, & timebunt, qui habitant termines, a signis tuis. Psal. 64. 9. S. Hilarius hic: qui terminos inhabitant; qui scilicet nec a carne absumt, nec in totum interna carnis exercere exterium timentium trepidat ex ambiguo habitantibus in confinio iusti, & iniusti; boni universales, & privatae utilitatis; quo non totos se spiritui tradunt, nec omnino rapiuntur a sensibus. Verbo, qui temperantem utuntur laudatam politice; sed execrandis divinae potentiae. Oliva ib.

Qui non est macum, contra me est. Luc. 11. 23. qui aperta fronte non declarat se defensorum oppressi, recentidus est inter opprimentes: quia, qui a calamitate non sublevar, infert. Idem ibidem.

Emendatum ergo illum dimittam. Luc. 23. 16. Pilatus, cum non auderet dimittere quem fatabatur innocentem; nec vellet furori infans multitudinis accommodare fe; columnam posuit, ad quam Christus, nec dimissus, nec necatus, laceraretur verberibus. Emendatum ergo &c. Consequencia pessima, & Tartarea deformitas media conditionis; quae semper est noverca iustorum decretorum, & mater perniciorum consiliorum. Si eum declaras innocentem, cur verberibus plectis? mox advertes futurum malum levius; ad primos plebis clamores tradidisset Christum vincitum impietati. Sed quia inimicorum perfidiam interjuxit temperamento, Christus sex millibus verberibus est laceratus, illusus arundine, consputus, septuaginta spinis caput confixum, purpura illusus, coactus humeris ferre crucem; quarum immanitatem ne unum quidem vel Sacerdotum livor somniavit, vel Phariseorum dolus contexit, vel vulgi ferocia expetiit; sed quas omnes conficit temperamentum. Nunquam audietis ex ore Tartareo haereticorum alias propositiones, quam mediae conditionis. Admittunt illi Scripturas; sed dimittas: venerantur Sacramenta; sed numero in immutata: Doctores sacros honorant; sed primorum Saeculorum laudant. Concilia; sed ex parte, quae ipsi non percellunt: volunt subijci Censuris Ecclesiae; sed si illorum errores approbant. Denique unus illorum est sermo: nec mihi nec tibi. 3. Reg. 3. 26. sit sed avoidantur. Reformare fe volentes deformant; antiquam Religionem dum sumunt; novam profus effingunt. Id. ib.

Quid dicam de Ebionitis, qui legis ceremonias Christi Evangelio miscuerunt; sed, dum volunt Judaei esse, & Christiani; nec Judaei sunt, nec Christiani. S. Hieron. ep. 89. Vide plura hic apud Olivam.

Auferet Pharaon caput tuum. Gen. 40. 19. Pharaonis servorum unus vidit per somnium vitem unicam, in qua erant tres propagines: alter in uno canistro cibos omnes. De hoc Joseph: auferet &c. Vide differentiam: alter eas solum decerpit uvae, quas viti unica pauper ministrabat; alius varios cibos. Prudenter ergo Joseph mortem coniecit exartificiosis condituris. Naxera in Jos. 13. 8. 8. Simplex erat ex simplicis causa salutis; in cibis temperantia: quod ipse David inuere videtur, adiens: pane coeli saturavit nos. v. 40. Colligat unusquisque, quantum sufficit ad vescendum, gomor per singula capita. Ex. 16. 16. Ubi in mensura cibis, constant quoque, & firma sanitas. Naxera in Jos. 9. 5. 11. Lantiaz non sunt vite fomenta, sed morborum, & mortis auxilia.

Noli avidus esse in omni esulatione, & non te effundam super omnem escam: in multis enim esit erit infirmitas &c. Eccl. 37. 32. 33.

Qui abstinentes est, adiciet vitam. Eccl. 37. 34. Tritum illud: pone gulae metas, ut sit tibi longior aetas.

Scio, mihi abstinentiam, & nocuisse intermissam, & profuisse repetitam. S. Hieron. in ep. ad Tit. c. 11.

Ut tenuis mensa bonae valetudinis, ita & voluptatis, mater est: & crapula, ut morborum, ita fastidii & fons est, & radix. Ubi enim fatietas, ibi aviditas esse nullo pacto potest. S. Chrysof. hom. 21. in Joan. 2.

Aureum est dogma Hippocratis: sanitatem haec duo tuerentur: cibis non satari; & impigrum esse ad labores. Cornelius in Ezech. 16. 49.

Exempla.

Beatitudo Paradisi absque abstinentia cibi non potuit dari. Quamdiu jejunavit Adam, in paradiso fuit; comedidit, & ejectus est: ejectus statim duxit uxorem. S. Hier. l. 2. Adv. Jovin.

Paulus primus eremita vitam produxit ad annos prope centum quinquaginta; ex quibus centum circiter egit in solitudine. Quadraginta primis pariter dactilis, & hauste aquae, usus; reliquos, ut Sancti Hieron. testatur, pane dimidio, quem corvus ministrabat. S. Antonius annis centum quinquaginta; ex quibus nonaginta in eremo, solo pane (quibus in extrema senectute aliquid oleis addebat) testis. S. Athanasio.

S. Paphnutius excessit nonaginta in eremo, solo pane, & aqua. Cassianus Collat. 3. c. 1. Simon Stylites annis 80. quibus in columna stetit, Quadraginta viginti octo sine ullo cibo, & potu transegit. Theodoretus in Simeone.

Ludovicus Comarus Venetus, vir eruditus; qui insignem libellum scripsit de vite sobria emolumentis; de seipso testatur: morbis variis, inquit, ad annum usque quadraginta exercebar; & jam stomacho, jam febrim, jam pleuritide, & jam podagra laborabam. Tandem Medicorum suavis, ratione vite temperantissime ingressus, unius anni spatio a morbis omnibus liberatus. Anno octuagesimo tertio tam sanus, & alacer; ut gradus, & montes facillime scandere, & plano equum insilire posset. Drexelius Ros. fol. virt. p. 1. c. 11. §. 5.

S. II.

Varia alia motiva.

Ex Veteri.

Videbatur mihi quasi subineri ejus panis ex hordeo volvi. Judic. 7. 13. Quemadmodum muros Jerusalem, id est, animae pacificae; princeps coquoque Babylonis destruxit, ventris voluptates obsoniorum condimentis irritans; sic Israelitarum panis hordeareus volvitur, & Madianitarum tabernaculum subvertit. S. Nilus l. Afect.

Respexit & ecce ad caput suum subineri ejus panis, & vas aqua. 3. Reg. 19. 6. Non legimus in Scriptura, Deus in servis opipara fecisse convivia; sed simplicia, & moderata. Quando Elizeus invitavit filios Prophetarum, non habebat alia fercula, quam coctas in olla herbas. 4. Reg. 4. 39.

Dentur nobis legumina ad vescendum, & aqua ad bibendum. Dan. 1. 12. Tribus pueris cibus, olus, & legumina, fuit: alioquin nunquam vincerent flammam, si vellent amare delicias. Sancti Fulgentius f. sup. illud Matth. 14. 1. audivit Herodes Petraracha.

Tolle prandium, quod misit tibi Deus. Dan. 14. 36. Et dixit recordatus es mei Deus; & non dereliquisti diligenter te. v. 37. Pro Deo sex dies inter ferax jejunus constituerat; & cum fe desertum queri doleat, ita exultavit pro prandio vili, & mes-

foribus destinato; ut nos letaremur pro Ambrosia à caelo missa. Oliva t. 2. Strom. 9. tolle prandium. Victus Prophetarum fuit sobrius. Amos cibus erat sycomor...

Ex Novo.

Et acetum offerentes ei. Luc. 23. 36. Consideremus quotidie hanc novissimam Christi mensam, qua propter nos cibatus est...

Capietas singula meretas binas, vel ternas. Joan. 2. 6. Cur prodit, quantum liquoris amphorae capiant? ut gratiam ex...

Accepit ergo Jesus panes. Joan. 6. 11. Hordeaceis panibus, non tam pacitur, quam eruditur, strata in monte mortali...

Nota magna sobrietatem Petri: non ventrem voluit implere, non saturari; sed gustare: quantum fat erat ad reficien...

Sive manducatis, sive bibitis omnia in gloriam Dei facite. 1. Cor. 10. 31. Cum jubet Apostolus omnia in gloriam Dei facere...

Ex Patribus.

Ipsa anima, est sapientissima, & optima. Clemens Alex. l. 2. Strom. 2. Quotidiano experimento probatur, potus fatietate aciem...

Quid pulchrius abstinentia? quae facit etiam juvenentis anos senescere, ut fiat motum senectus. Namque ut redundan...

Respice corporis tui formam, & speciem congruentem celsi vigoris affumme. Si sola animalia prona pascuntur; cur tu in edendo sternis ipse, quem natura non stravit? Cur noctes, & dies, cibo intentus peccatum more terrena depaeris? cur intellectum tibi adimis, quem tibi Creator attribuit? cur te jumentis comparas, à quibus te voluit Deus segregari? S. Ambros. hexam. l. 6. c. 3.

Tempus belli, tempus certaminis est; tu autem sedes in deliciis? Non vides etiam rege, qui sceptrum ferunt, in externis militibus frugaliter vivere? Christus pro fame tabescit; tu autem pro gula te ipsum distrumpis. Nunquid sacrificandis fumis, quod impinguamus nos ipsos? Quid suspeditas verbis tam splendidam mensam? Sanct. Chryso. hom. 27. in Act.

Quid, responde quaeso, ita pingue corpus effecere studes? an ut te ad immolandum ducamus? an ut mensam immolatum apponamus? Nihil certe corpori nostro ita repugnat, & obest; ut fatietas. S. Chryso. hom. 45. in Math. 13.

Quot canum, curam habent, ne plus, quam expedit impleantur? ut veloces sint, & venatici; dum famipremuntur, & eurijs: se vero non curant, ne crapulentur: & bruta quidem temperanter agere docent; ipsi vero ad brutorum feritatem deducuntur. S. Chryso. hom. 42. ad pop.

Quemadmodum navis, quae majorem, quam pro modo suo, mercium vim receperit; oneris magnitudine depressa; submergitur: ita & animus, & corporis nostri natura; si plus alimenti, quam pro virtute sua acceperit, obruitur; & pondus mercium non ferens, in profundum internectionis demergitur; naufragus, & gubernatorem, & proretam, & navigantes, & ipsum denique onus, cum omnibus perdit. S. Chryso. orat. de ebriet. & ingluvie.

Quid quaeso, vegetum, validumque, studes reddere, quod paulo post est interitum? Quid te ipsum saginas, & carnis gravas? An ignoras, quanto pinguis tuum tibi corpus,

tanto graviores animae tuae carcerem constituit? S. Basilius in Psal. 39.

Mens in Deo, non in patinis, dum editur, existat. Basilius f. quod corpus instrumentum anime.

Recte vivendi principium est temperantia. S. Nilus or. 1. de gula.

Exsecratum lutum jam non porcis usui esse, ut ibi se volent, potest: ita & caro, per abstinentiam marida effecta, demonibus ultra non praebet in se quietendi in locum. Joan. Climacus gr. 26.

Ad id, quod tibi appositum fuerit, sic manum extendito; tamquam edere coactus sis. B. Ilias Abb. or. 3.

Qui in divestate, & abundantia vini sobrius est; ille est terrenus Deus. S. Bernardus ep. de gubernat. familiae ad Raymondum militem.

Inanus labor, omittere curam cordis, & curam carnis agere in desiderio; impingere, & fovere, & cadaver putredum; quod paulo post verminum esca futurum, nullatenus dubitatur. S. Bernardus f. ad Clericos de cont. Mundi c. 13.

Natura, quae homini dedit os, parvulum dedit; illud brutis longum, & latum. Natura etiam, quae tibi duos oculos dedit, duas etiam aures impedit: unum tantum tibi os exhibuit; in quo tibi edendi mensuram offendit. Sanct. Bonav. ser. 45.

§. III.

Post cibum oratio.

Fecit ei cenam magnam. Judith. 6. 19. postea vero per totam noctem intra Ecclesiam oraverunt. v. 21. Ita tibi semper comedendum est; ut cibum & oratio sequatur, & lectio. S. Hieron. ep. 19. ad Eustoch. De hoc etiam Letam monet de filiola ep. 7. sic comedat, ut semper esuriat; ut statim post cibum possit legere, & psallere. Sit nobis coena tenens, & expedita, apta ad vigilias; & quae à paedagogi disciplina minime fit aliena. Clemens Alex. 2. paedag. c. 5.

Cum ergo prandisset. Joan. 21. 15. Cajetanus: Jesus magna mysteria exercuit immediate post sumptum cibum: nam, & Sacramentum Eucharistiae instituit post cenam; & in die resurrectionis, postquam comedit coram Discipulis; aperuit illi sensum, & dedit Spiritum Sanctum. Joan. 20. 22. Et nunc post prandium committit Petro Pontificatum: ut dicas ab exemplo, tam cenam, quam prandium scilicet; ut nullum praestetur impedimentum exercitiis spiritualibus; ut non minus idonei finis ad exercitia spiritualia. Sylveira hic.

Diligis me plus his. Joannis 25. 15. Sumpto cibo, de amore oritur quaesio; ut etiam refectio suscipiat, sermo fit de virtute: ne homo interior priveatur cibo, et exterior abius est. Sim. Cals. l. 14. hic.

Exempla temperantiae.

Hoc me docuisti: ut, quemadmodum medicamenta, sic alimenta sumpturus accedam. S. Aug. l. 10. Conf. c. 31.

Sic accedebat ad cibum, quasi ad tormentum. Vite S. Bernardi l. c. 4.

Gustum, pro continuo mortificationem, perdidit; liquores alios pro aliis, oleum pro aqua sumpsit. Ib. l. 3. c. 1. Mensa ipsis est omnis terra, & montes: coena autem, ac prandium, herbae sylvestres, & aquae agrestes: praecipuum ipsum potus est aqua ex rivis: vinum autem similiter ex cavernis ac foraminibus petrarum. S. Ephrem serm. in SS. Patres suo tempore defunctos.

TITULUS III.

TEMPLA.

§. I.

Figurae, & Similitudines.

Quid terribilis est locus iste! Gen. 28. 17. O quam amabilis est locus iste! (templum scilicet) terribilis propter potentiam judicis; amabilis propter charitatem Redemptoris praesentis. Dultreman l. 1. c. 4. sect. 12.

Facies propitiariorum de auro mundissimum. Ex. 25. 17. Numquam legimus, in hoc Mundo Deum instituisse domum justitiae, qua nos puniret, vel saltem judicaret: Sed, cum sit Pater, imò Mater clementis; domum justitiae, quae peccatis nostris propitiaretur instituit; non unicum, sed prope infinitas: quot enim Ecclesiae, tot sunt domus propitiationsis. Oleaster apud Elocobar t. 3. Coll. Ch. l. 9. sect. 1. obf. 3.

Introduxit me in cellam vinariam. Cant. 2. 4. Per hanc cellam seu domum, vinariam, ut est in Hebræo, accipit. Origenes homil. 3. & 4. domum Sapientiae, pura templa; in qua inducitur populus fidelis, ut ibi à Doctoribus, & Praedicatoribus, hauriat vinum vere sapientiae; id est, cognitionis, timoris, & amoris Dei. Cornelius hic.

Edificavit turrim in medio ejus. II. 5. 2. id est, templum in medio

medio regiae civitatis ejus. Et torcular extruxit in ea, id est, altare &c. S. Rupertus hic c. 16.

Ecclesia hanc, quodam locum est medicinae spiritualis: & eos qui huc veniunt, decet, ne domum redeant; nisi congrua medicina acciperent, illaque suis viceribus adhibuerint. S. Chryso. hom. 1. in Gen.

Domus Dei est caelo similis; & quemadmodum ex adversariis potestibus nullum fas est illuc ascendere; ita nec in domum Dei &c. S. Chryso. in Pf. 133.

Ad Ecclesiam, quasi ad fontem vivum, & ad spiritualem fluvium, convenire debemus: ut accipiamus aquam illam vitam, de qua Dominus dixit: si quis sitit, veniat &c. Joan. 7. 37. S. Casarius Arel. non. 24.

Rogo, ut qui ad Ecclesiae alvearium, quasi ad dulcissimi Christi favum, plena devotione concurrunt; velut apes prudentissimae, de diversis locis egrediantur, illud introvertant cellulas preparant; ubi sancta, & caelestia mella succipiant. Id. hom. 37.

§. II.

Templorum laudes, & nomina.

Ingressus es, & omnis domus tua, in Arcam. Gen. 7. 1. Non aberatibus quis, si proficitur, Ecclesiam arca illa esse praestantorem. Etenim arca & excipiebat animalia & conservabat: Ecclesia vero animalia semel suscepta immutat. Ingressus ne est illud miltus? Idem est egredius miltus. Illud introvertitur lupus? exititiam lupus. Huic ingressus est miltus? egreditur columba: introvertitur? lupus? exitit ovis; non quidem immutata natura, sed explosa malitia. S. Chryso. Proemio priore in Enarat. ff.

Vere non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta caeli. Gen. 28. v. 16. stantes erant pedes nostri in arvis tuis Jerusalem. S. Hieron. & alii, in portis. Portae antiquis pro arcibus erant, & principe oppidi munimento; immò pro armamentaria. Adversus invisibiles hostes templa arces sunt, & armamentaria. Doultreman l. 1. c. 4. Sect. 12.

Exiit in iudicium. Gen. 28. 18. Titulus hic non tantum momentum, sed etiam altare significat. Atque hinc primi Christiani, ad exemplum Jacobi, Ecclesias suas vocarunt Templum, à titulo, id est signo Crucis; & à titulo, id est, nomine alicujus Sancti; in cujus honorem intulabantur, id est, consecrabantur, & distinguebantur Ecclesiae: ut titulus S. Praxedis. S. Laurentii &c. Cornelius hic.

Ascendit ad portam, & sedit ibi. Ruth. 4. 1. Booz sententiam Judicum quaesiturus; in portis enim exercebatur iudicium. Et de muliere forti dicit Sapiens, Prov. 31. 23. ubi sit in portis vir ejus quando sederit cum senatoribus terrae. In templo, non de capite, aut de fortunae bonis, sed de aeterna animae salute, cum Deo supremo Judge aguntur causae; & per Sacerdotes, Ministros ejus fertur sententia. In portis fiebant panegyres, & ad concionem totius urbis, laudes praedicatorum hominum praedicabantur. Prov. 31. 31. date ei de fructu manuum suarum, & laudent eum in portis opera ejus. Et Psalm. 28. 9. in templo ejus omnes dicent gloriam. Doultreman antè citatus.

Et elevata sunt Cherubim: ipsam est animal, quod viderant juxta fluvium Chobar. Ezech. 10. 15. In secunda visione videt pro bove Cherubim Pagninus, & Bernardus ajunt, vitulum mutasse faciem suam in Cherubim. Sed unde haec mutatio? primò facta est apparitio juxta fluvium; secunda prope templum: & animal, quod ad Mundi aquas erat bos, ubi accessit ad Dei templum, feritate deposita, mutatur in Sanctum Cherubim. Sylveira c. 19. in Joan. 10. q. 2.

Neque enim monstrata, aut unguentaria taberna Ecclesia est, aut officina forensis: sed locus Angelorum, locus Archangelorum, Regia caeli, caelum ipsum. S. Chryso. hom. 36. in 1. Cor.

Convenitis ad audiendum Deum, - in hac Schola Christi, & Auditorio spirituali. Sanct. Bernardus in Nativ. Sanct. Joan. B.

Vocatur etiam Basilica, Regia, seu Regalis: quia in ea Regi regum servitur, Durandus Ration. div. offic. l. 1. c. 1.

§. III.

Tempa amandi, frequentandi, motiva.

Ex Veteri.

Tremor, & horror invasit sensus eorum; ne hoc faceret Jerusalem, & templo Domini. Judith. 4. 2. Palæstina, immemor sui, qui tunc Jerusalem, templo Domini: nunc vero quisque sibi. Oliva l. 11. Strom. 5. Tremor &c.

Delicia mea, esse cum filiis hominum. Prov. 8. 31. q. d. in aliis ludis; sed cum hominibus delictis; praesertim in templo. Unde Deus templum, vocat sua voluptatem. Psal. 26. 4. ut videam voluptatem Domini. Cornelius hic.

Offense Domini Israel templum; & confundantur ab iniquitate vobis suis. Ezech. 43. 10. Expende, quibus Deus utatur mediis ad poenitentiam persuadendam. Putislem, Propheta dictum, ut elamet supplicia gravia: quasi sit ea virtus templis indita contra peccata; ut, si tantum videantur, valeant illa penitus expugnare. S. Chryso. hom. contra Anomæos: quod tidie ad hanc congregationem conflantur: nam; si concupiscentia flagras; poteris eam facile relinquere, tantum vifa hac Domo. Et, si irascaris; facile bestiam domabis, iram inquam. Et, si aliqua alia affectione impeteris; tempellentem eam facile sedabis; reddesque pacem, & serenitatem animae tuae. Baeza t. 2. l. 6. c. 1. §. 6.

Veniamen rursum videbo templum Sanctum tuum. Joan. 2. 5. Ecce anchora! intellexit, Deo docente, futurum per divinam misericordiam, ut rediret Jerusalem, & post Niniviticam peregrinationem, in templum Sion rediret. An cogitari potest amantior, aut solidior exilium, & venenatio, erga sacra altaria; quam ista Jona in tot malis, ac incommodis? Oliva t. 2. conc. 5.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Et introivit Jerusalem in templum. Marci 11. 11. Formam nobis religionis, quam sequamur, praemonstrat: ut, cum foret villam, aut oppidum, aut alium quemlibet locum, in quo sit Domus orationis, Deo consecrata, intramus; primò ad hanc divertamus; & postquam nos Domino pro orationum studia commendaverimus, sic deinde ad agenda ea, propter quae venimus, temporalia negotia fecedamus. V. Bada hic.

Invenimus illum in templo. Luc. 2. 46. Non in theatro, foro, ludorumve loco; ut pueri solent inveniri: ad inueniendum, quod Filium Dei quaerere, & invenire, operantes, templum, oratorium, &c. ingredi debent; non Spectaculorum, aut tumultuum loca. Immo sicut qui libenter est in Ecclesia propter divina, filius Dei creditur adoptivus; tanquam libenter consistens in domo Patris caelestis: sic qui in tabernis, & locis vanitatum, libenter est, diabolus filius reputatur. Dion. Carthus. hic.

Venerat adorare in Jerusalem. Act. 8. 27. Quae for primarius reginae Candacis ab Aethiopia peregrinatus est Jerusalem; solo desiderio impulsus, Deum adorandi in templo. Et venit eo per solitudinis æstus, juga montium, pericula fluminum, latronum; coeli mutationes; hospitiorum incommoda, itinerum tædia: aulam relinquens, in qua, ob eximiam potestatem obiectus erat malignitati æmulorum, sique poterant in absentem calumniam cadere; & apud regiam facile accusare. Quale autem erat templum? cujus græcia Jona in utero ceti exultabant. Joan. 2. 5. Daniel 6. 10. in speluncam leonum defendebat? Satrapa Candacis, aula relicta, in periculum se, suaque, conjiceret? Templum in quo aromata prunis ardebat, & pecorum carnificinae. Quid illi pro Christianis templis non fecissent? ubi Salvator praesens; ubi aeterno Patri æternus filius immolatur; ubi Spiritus S. in poenitentis gratias effundit uberimas; ubi peccata remittuntur; ubi populis explicatur Evangelium; ubi Corpus Christi dispensatur fidelibus; ubi ossa Martyrum pavimento conferunt sanctitatem; ubi cineres Confessorum scintillant ab altariis. Oliva t. 2. conc. 5.

Omnia amamus, omnia colimus; solus nobis in comparatione omnium Deus vultus est. Denique, praeter alia, quae id probant, indicat etiam hoc res ipsa, quam dico. Si quando enim usu venerit, quod scilicet saepe evenit; ut eodem die, & festivitas Eucharistica, & ludi publici agantur; quero ab omnium conscientia: quis locus majores Christianorum virorum copias habeat? caveane ludi publici? an atrium Dei? & templum omnes magis sedentur, an theatrum? verba vitae, an verba mortis? verba Christi, an verba Mimi? Non est dubium, quin illud magis amemus, quod anteponimus. Salvianus de provid. Dei l. 6.

Quidam nunquam veniunt ad Ecclesiam (loquatur de Clericis) nisi quando sunt distributiones: Sicut bubo non venit ad Ecclesiam, nisi propter oleum. Sanct. Bonaventura in Thren. 2.

§. IV.

Tempa edificandi motiva.

Opernis vobis tabernaculum testimonio, & gloria Domini implevis illud. Ex. 40. 32. Tabernaculo jam extructo, & pie consecrato, advolat magnus Deus: non se continet; occurrit cum gaudio; ut sua fruatur domo. Similiter 3. Reg. 8. 11. Impleverat gloria Domini. Velloso in Judith. 1. Patren. 3.

Rex Salomon prius edificavit Domum Dei, tum sibi. 3. Reg. 6. 1. & c. 7. 1.

Invenimus eum in Echaranis-volumen unum. 1. Eldre 6. 2. Quid in illo? Quid rex invenit, ut domus Dei edificaretur? veri. 3. Suam

Suum Cyrus curam de templo ædificando mandatam voluit annalibus Perficis: Unde tantum sibi nomen peperit. II. 45. 1. hæc dicit Dominus Christo suo Cyro. Velloso ib.

Sicut juravit Dominus. Pl. 131. 2. David, cum de se apud Deum agere vellet: memento Domine David. v. 1. uno post versu suum de templo condendo votum explicat: sicut juravit. Cur à sui cura mentem ad templum verit? S. Basilius hic: cuius gratia hoc fecit? quod hac repositissimum delectetur Deus. Velloso ib.

Hominis divites in virtute, pulchritudinis studium habentes. Eccl. 44. 6. Dion. Carthuf. id est, diligenter intenti circa ornatum cultus divini, & templi decorum.

Nunquid tempus vobis est, ut habitetis in domibus laqueatis? & domus ista deserta? Aggæi 1. 4. Docet hic Deus, Fidelibus primam debere esse curam templi, & sacrorum: ac, cum urbs nova erigitur, primò erigendum esse templum, & cultum Dei stabilendum.

Et alius Angelus egrediebatur. Zach. 3. 3. Videt Angelum habitu Archiepiscopi, in manu ejus fuculus monachorum. Rogatus, quo abeat? respondet: ut metiar Jerusalem; scilicet ad urbem muro, & templo ornandam. Rupertus lib. 7. de Vict. Verbi c. 19. in ædificatione terræ civitatis, & templi, jam & opifices vultu videri, seque certatim ingerunt Angeli. Velloso citatus.

S. V.

Templa splendida, & sumptuosa.

Utinamque Salomoni. Eccl. 3. Reg. 5. 15. Onera portantium, & latomorum, in fabrica templi, erant univervim viginti quinquaginta milia. Cornelius hic.

Magna erit gloria domus istius novissima plus, quam prima. Aggæi 2. 10. In quo est major hæc templi secundi gloria? Non in divitiis, nec templi majestate; non in cerimoniis, nec in Sacerdotum Sanctitate: nam omnia hæc multò illustriora fuerunt in templo primo. Ideo 1. Eldræ 3. 12. in instauratione secundi templi lacrymabantur, memores præstantiæ primi templi. Quæ ergo gloria secundi templi? subdit Aggæus v. 8. vnde desideratus cunctis gentibus; & implebo domum istam gloria dicit Dominus. Stella in Luc. 2.

Scribit S. Hieronymus ad Paulinum: Adrianum Imperatorem Bethlehemi profanasse, erecto ibidem Adonidis simulacro: u in specu, ubi quodam Christus parvulus vagiit, Veneris amantissimè plangeretur. Stetit ibi Adonis per centum octuaginta annos, usque ad Constantium Imp. quando S. Helena ejus mater, everso Adonide, magnificam Ecclesiam super ipsam specum extruxit: & super ipsam præsepe, in quo Agnus Dei reclinat usque, erexit altare; in quo idem jugiter Deo offerretur, qui ibidem primò pro salute hominum illuxerat. Sed & Constantius eandem specum regalibus ornamentis, ex auro, argento, varisque aulis, exornavit: ita ut hæc Basilica Mundi esset miraculum; nec in orbe quidquam ei esset simile. Nam excelsa est admodum, & amplissima. Quilibet ordo habebat quinquaginta columnas, singulari artificio, pretiosissimis sunt incrustati: quo circa ipsi etiam Turcæ, & Saraceni reverenter hoc templum frequentant. Cornelius in Michæ. 5. 2. ex Adricomio &c.

Ædificium Vaticanæ Ecclesiæ vocant ab ædificio Angelicum opus; ab amplitudine gigantum: cui nec comparari queunt decantata septem orbis miracula. Globus supremi apicis. capit plus triginta quinque personis. Summum altare, quod in medio templi erectum, à Leone Magno vocatum fuit lectus Sanctæ quietis: eò quod in illo condita essent corpora SS. Petri, & Pauli. Habet unum Cardinalem, Archiepiscopum, trecentos Canonicos, triginta beneficiatos, præter aliquot Sacellanos, & Diaconos. Aringi de Roma nova.

S. VI.

Templa ornantur pietate, profanantur peccatis.

Ex Veteri.

Si averfione averfi fueritis vos averfam Israel & templum. 3. Reg. 9. 6. 7. Si interior animarum cultus deficiat; quidquid magnum, quidquid sublime, exterioris cultus est, Deus abjicit. Babyloniorum rex templum Jerofolymæ incendit. 4. Reg. 25. 9. tres autem pueri in igne innocui. Dan. 3. 24. Cur tam inæqualiter Deus tractat, & templum, & pueros? Rupertus l. 6. de Viâ. Verbi c. 25. non poterat hic Deus excelsus templum suum, quod erat Jerofolymis, illatum custodire à flammis incendiî Babylonii, qui tres pueros taliter custodivit in camino ignis? Poterat: sed erudiendus erat Mundus, ut sciret; quod Deus excelsus, non pulchris lapidibus, aulis, vel parietibus templi manufacti delectetur; sed fidei claritate, & mundi cordibus: & ille est ei optabilis locus. Bæza t. 2. lib. 32. c. 4.

Dirutum à Chaldæo templum. 4. Reg. 25. 9. urbem, &

ædem Sacram incenderunt Romani. Idid. Peluf. lib. 1. ep. 73. ut, dum suis non parcat aulis, terrorem his, qui peccant, injiciat.

Domine, dilexi decorem domus tue. Pl. 25. 8. Decorem Domus dicit, non pulchritudinem parietum, aut ministeriorum pretiosissimos apparatus; sed ipsorum actuum beatissimam qualitatem, quibus quibuscumque delectatur Ecclesia: id est, in psalmodiarum jubilatione, in precum sanctitate, in Christiani populi humillima devotione. Cassiodorus hic.

Nec peperit, omnia speciosa Jacob. Eccl. Thren. 2. 2. Quæ habebant in ornamentis famosissimi templi, & cultu cremoniarum, quo se gloriose ceteris gentibus credebant: que nimirum Dominus præcipitavit, & destruxit in furore suo. Ut intelligeres, Dominum non ea, sed ipsos requisisse, sibi in cultum, & gloriam nominis sui, S. Paschasius hic.

Ex Novo.

Relinquetur vobis Domus vestra deserta. Matth. 23. 38. Post minas graves Discipuli Magistram deducunt. Matth. 24. 1. ostenderent ædificationes templi. Cajetanus: monstrare volent templi ædificationes, provocari ad misericordiam. Placent Deo sacræ ædes interim, dum foveat pios sensus animi. Quod si Domus Deo erigatur magnifica, non tamen pietate colatur; verti ab hoste, & igne perire, finit Deus. Velloso in Judith. 1. Parz. 3. Cur ostenderent Discipuli ædificium templi? quod noverant frequenter à Christo vium; Ut steterent eum ad misericordiam: nè scilicet templum relinqueretur; prout paulò antè asseruit. Et quia Discipuli rudes erant; carnalem, & rudem, causam miserendi tetigerunt; ostendendo profectum templi: quasi, propter corporalia illa templi ornamenta, præservandum esset à destructione; & quasi talia Deus ponderaret. Dion. Carthusianus hic.

Non relinquetur lapis. Luc. 21. 6. Si omnia mundi templa, utensilia Deo dicata dependent, sanctitas, qua salvari homo potest, non deperit. Sem. Cafs. l. 9. c. 53.

S. VII.

Templi reverentia commendatur, & devotio in ea.

Ex Veteri.

Quam terribilis est locus iste! non est hic aliud nisi Domus Dei, & porta caeli. Gen. 28. 17.

Lavabant manus suas, ac pedes; quando ingressuri sunt tabernaculum testimonii. Ex. 30. 19. 20. Vide, quanta reverentia templis, locisque Deo dicatis debeatur. Quin & Pythagoræ fuit dogma: nudis pedibus sacrificia. Nunc quoque Mauri, & Saraceni, templa, in quibus sacra facturi sunt, non ingrediuntur, nisi calcatis depositis: Cornelius in Ex. 3. 5. Solvere jubetur Moyses de pedibus calcamenta, antequam ad montem Dei Horeb, & rubum incombustum appropinquaret. Ex. 3. 5.

Ve confugiat ad eas. Num. 35. 13. Causa asyloforum, fuit reverentia templorum, & locorum sacrorum, & ipsius Dei: dum enim Domus Dei habentur Sacro-Sanctæ, & asyla; celebratur ejus gloria, & majestas; misericordia, & bonitas: dum miseris ad se confugientes in suam tutelam recipit. Cornelius hic.

Non audebant olim Dagonis Sacerdotes templi sui limen, in quod amputatas Dagonis manus reperissent conculcare. 1. Reg. 5. 5. Evaginato gladio tenuit Angelus Josue, nè in loco sancto, in quo stabat calcatis pedibus, graderetur. Jos. 5. 15.

Custodi pedem tuum, ingrediens domum Dei. Eccl. 4. 17. Symbolicè pedes. S. Gregorius, August. Basilius, Orig. Hieron. & alii, accipiunt affectus animi: quia, sicut pedibus utitur ad locum destinatum, sic affectibus utitur ad opus externum. Affectus ergo sunt, quasi pedes anime, quibus ipsa se promoveret ad opus. Sensus ergo est: ingressurus templum cultodi pedes, id est, affectus anime; nè quid animo volvas, aut concupiscas Deo indignum. Cornelius hic.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Venit in spiritu in templum. Luc. 2. 27. Non venit Simeon in spiritu superbie; sicut ambitiosi; qui ambiunt primos accubitus: non in spiritu garulitatis, non vanitatis, non curiositatis &c. Stella hic.

Ascendens in templum, ut oraret. Luc. 18. 10. Ad hoc debet quilibet ascendere in Ecclesiam, id est, ad orandum: non ad videndum mulieres; vel prava, & vana; colloquia faciendum: quod tamen multi faciunt. Hugo Card. hic.

Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: Dominus enim prope est. Philipp. 4. 5. Quia nunquam magis, quam in presentia Domini, in templis, modestia cavenda. Mendozæ in 1. Reg. 6. 13.

Ecclesiam, non secus ac cœlum frequenta: nihilque in ipsa, seu loquere, seu cogita, seu terrenum. S. Nilus Cap. Parz.

Balana Britannica, insulæ instar extensa, & ad formam terræ firmæ, fuligine, aut corce obfita; excendente S. Maclovio de mari, & sacrificante, cepit loco moveri. Quo animaverso Maclovius bellæ imperavit, ut staret; donec facta perageretur, ac fieri vectores in navim rediissent. Stetit, & jussa fecit: ad verendum grandium hominum; qui vel in templis sæpe quieti stare nequeunt, donec res divina ad finem perducatur. Stengelius Judic. div. t. 2. c. 14.

Abyffinorum (qui fidem Christianam profitentur, sed superpositionibus Judaicis habent inquinatam) nemini licet, nisi nudis pedibus, templum ingredi: in quo qui riserint, sermocinati fuerint, aut deambularint; profani habentur, & scelerati. Petrus Janicus thes. rer. Indic. tom. 2. c. 14.

S. VIII.

Commendatur in templo silentium; arguitur garulitas &c.

Craticulamque in modum vetis aneam. Eccl. 27. 4. Circa altare hoc erant maxima multitudo Sacerdotum, & Levitarum; & præsertim in festis, cum multe immolanda essent victimæ: alii enim eas mactabant, alii excoxiabant, alii secebant, lavabant &c. miro omnes silentio, & reverentia. Aristotus lib. de septuaginta Interpretibus: silentium tantum inest; ut, cum septingenti serè ministrorum continuo adfint, & offerentium libamina sit multitudo ingens; nec unum quidem hominum in loco versari putet; summa namque veneratione, & magna pietate cuncta perficiuntur. Cornelius hic.

In templo ejus omnes dicunt gloriam. Pl. 28. 9. Audiant hæc psalmi verba ii, qui longos, alienigenos, in templo edunt sermones. Qui in templo Dei est, non vana, scurrilia, probrofa loquatur verba; sed omnia dicunt gloriam. Adfuit, verba decipientes Angeli; adeit & Dominus, affectus intrantium considerans: preces cujuslibet Deo manifestæ sunt. S. Basil. hic.

Nihil Ecclesiæ tam congruum, quam silentium, & tranquillitas. S. Chrysof. hom. 38. ad pop. Olim templi foribus incipit erat, silentium. Tesse S. Chrysof. hom. 1. in 1. ad Timoth.

S. IX.

Contra irreverentiam in templo.

Fili hominis; putasse videt tu, quid isti faciunt, abominatones magnas, quas Dominus Israel facit hic? &c. Ezech. 8. 6. Ergo ego faciam in furore meo: non pariet oculus meus; non miseror. v. 18.

Ipsa autem Ariel quatuor cubitorum. Ezech. 43. 15. Ariel, id est, leo. Præferebat altare formam leonis: ut ad if sacrificari accedentes recordarentur, Deum similem esse leoni, qui irreverentes disceperat. Cornelius hic.

Vos autem scitis illam speluncam latronum. Matth. 21. 13. Ecce tibi amplissima domus, multo ædificata studio, summa arte exornata; ab impietate, & vitis, habitantium eam faciem sumit; ut Deo rudis, & inculta, spelunca appareat. Bæza t. 2. l. 12. c. 4.

Et accesserunt ad eum caeci in templo. Ib. 14. Aprè à Domino, post contemptores templi ejectiones, mox caeci sanantur. Cœcitate enim laborant, qui in templo se irreverenter gerunt. Jacob Gen. 28. 16. exclamant: verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Jacui, somno indulgebam; dum deberem procedens adorare, & cœlestibus meditari. Et ego nesciebam; mentis certè cœcitate laborabam, Elocobar t. 1. Mir. Chr. l. 3. scil. 2. obf. 1.

Domus mea domus orationis vocabitur. Ib. Hic ementes, & vendentes, non debebant in ipso templo propriè, sed in atrio templi; imò in atrio omnibus gentibus communi: & tamen inde à Christo ejectiones sunt. Quid ergo faciet Christianus in templo ipso coram Venerabili indignora patrantibus? Cornelius hic.

Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem. Matth. 24. 2. Tunc Discipuli querunt: dic vobis, quando hæc erunt? & quod signum adventus tui, & consummationis sæculi? Nota: Christus Dominus loquitur de templo ruina: unde Apollolus venit in mentem totius orbis dissolutio? Judicant ergo, exciso templo, orbem ruiturum; nec stare posse, religione sacri loci profanata. Sylveira in Ad. 4. 1.

Quis scilicet quasi flagellum. Joan. 2. 15. Non legitur in Evangelio Christus percussisse aliquem, nisi hic. Multa peccata fiebant in Jerusalem &c. Nota, quam duplicat Deo irventia in templis. S. Vinc. Ferr. D. 10. Trinit.

Nunc autem foro nihil differt Ecclesia. Si quis corrumpere matronam conatur, locum hunc maxime idoneum putat. Emere quid, aut mercari lubet; magis idoneum Ecclesia est, quam forum. Septus enim de his rebus, quam in ipsis officinis loquuntur. S. Chrysof. 16. in 1. Cor.

Tunc etiam domus Ecclesiæ erant; nunc vero Ecclesia domus; imò domo qualibet profana magis. Nam in domo quidem, ordo servari solet: hera thronum occupat, famulæ tacitè texunt; hic verò magnus tumultus; nihilque à caupona differunt nostra. Tanta turba, tantus risus, quantus in balneis. Domino cœlitus de tam stupendis rebus nobiscum loquente, canibus impudentioribus fumus; scortis reverentiæ plus, quam Deo exhibemus. Inhorrescitis? cum ista auditis? quin magis adeo facientes horrescite. Sanct. Chryf. hom. 36. in 1. Cor.

In hac prostratione morum. Itaque Ecclesias, vel potius templa, arque altaria Dei, minoris reverentiæ quidam habent; quam cujuslibet minimi, ac municipalis judicii domum. Salvianus de Provid. Dei l. 3.

Stephanus Papa VI. cum animadverteret, à nonnullis irreverentiam templo exhibitam; dum ipse Missam celebraret, sub ipsa Missa ad populum conversus exclamavit: Pavescite illum, qui flagello factio de funiculis ejectiones vendentes de templo. Schonleben Dife. 27. in Dedic. Eccl.

TITULUS IV.

TEMPUS.

S. I.

Symbols.

Orabit se stare super fluvium, de quo ascendebatur septem boves. Gen. 41. 2. 2. Ideò ascendebat de flumine: quòd dies, anni, ac tempora, fluminis præterent modò, & cursim labantur. S. Ambros. offic. l. 2. c. 16.

Tempus rotæ speciem imitatur: utpote quòd in se torquetur, & convolvitur. S. Isidorus Pelusota l. 2. ep. 158.

Rosa Sinenis in patrio solo unicum diem vivit; & ut veluti florum dies. Martino cum albore aspicit, cum meridiano ardore flammeola est, cum luce nocente purpurat: et verò nostratibus in hortis hospes, biduo, triduoque, vivax. Ex Rosa Joan. B. Feirarii l. 4. c. 6.

Stella temporis est hieroglyphicus: qui nihil in toto Mundo statim temporis legem magis obfervat, quam cœlestia corpora. Pierius Valerianus hierog. l. 44.

S. II.

Tempus pretiosum; bene eo utere.

Ece video celos apertos. Act. 7. 55. Monet, cœlestis Bona-niæ Doctor, ad capeffendum. S. Dominici institutum, permotus cujusdam ex eo ordine concionatoris, hæc verba S. Stephani explicantis, voce dicens: ecce nunc coeli aperti sunt volentibus introire; sed mox in æternum clauduntur iis, qui hoc vitæ, & bene agendi, tempus neglexerint. Ità Chron. Ord. p. 1. l. 1. c. 37.

Quid in crastinum differes? potes & hodiernum diem lucrari. Cavendum est, nè & illum non teneas, & hunc amittas. Non exiguum detrimentum est vel horæ unus; & una hora totius vitæ portio est. S. Ambros. ep. 82. ante finem.

Omne tempus opportunum ad indulgentiam. Si aurum tibi offeram, non mihi dicis, cras veniam; sed jam exigis: aurum accipere nemo differt, nullus excusat. Redemptio animæ promittitur; & nemo festinat. Sanct. Ambros. f. de Elia, & jej. c. 22.

Deputentur tempora, distribuantur horæ, pro salute animæ. S. Aug. l. 6. Conf. c. 11.

Pars modica temporis consecrata Deo, non solam ipsa non deperit; sed cum magnis ab eo rependitur incrementis. Salomon Explic. in Ecclesiasten.

Dedit tibi vitam Deus, ut se coleres; ut eam incassum, & inutiliter consumis. Quæris, quod sit damnus? si vel parum argenti temerè consumpseris, id omnino summum appellas: si fin totos dies in diaboli operibus consumpseris, nihil amississe opinaris. S. Chrysof. hom. 57. in Joan.

Totum diem in iis rebus, quæ ad corpus spectant, infumis; & duas horas spiritualibus non vacas? Idem orat. de non contemnenda Ecclesia Dei.

Delectabile tempus, quod præterlabitur, & formidabile: delectabile propterea, quòd sui fruenti persuasionem hominibus ingeneret; formidabile; quòd super vitæ futurum Dei judicium latenter inducit. Vita enim hominibus certamen est, & Creator arzonauta; qui evafo vitæ cursu, finem distribuens congruentem, virtuti coronas plectit, vitiosis verò moribus judicium apparat. S. Basilius Seleuc. or. 27.

Væ delicias sectanti! tempore enim exiguo tamquam vitulus ad mactationem paratur. S. Nilus Cap. Parzen.

Dedimus corpori annum; demus sancti dies: impendimus nobis tempora; tempus deputemus Authori. Vivamus Deo paululum, qui seculo viximus totum. Sancti. Chrysol. ser. 22.

Quanti tempus sit, quis cordes percipere? quive humana valet referre facundia? illum noverunt optime, qui eo carent. Omnem siquidem Mundi substantiam, honores praelationum, sæculi pompam, corporis voluptates, & quicquid sub cælo creatum est, delectabile, atque jucundum; pro uno hora spatio, si possent, voluntarie commutarent. Hi sunt, quibus misericordia jam fecit occasum; qui irrevocabiler in lacum miseriarum descenderunt. Sancti. Lau. Just. l. de vita solit. c. 10.

O Domine, Deus! vitæ meæ quot tempora effluxerunt, in quibus sine fructu vixi! coram te quomodo subsistam? quomodo ad te levare potero faciem meam, in illo Magno, & terribili examine; quando emenerare iusseris omnes dies meos, quærens fructum in eis! Idem de incend. div. am. cap. 6.

Nihil pretiosius tempore: sed heu! nihil, hodie vilius æstimatur! Transseunt dies salutis, & nemo cogitat: nemo sibi non reditura momenta perisse causetur. S. Bernardus f. de Verb. Petri: ecce nos &c.

Nemo vestrum, fratres, parvi æstimet tempus, quod in verbis consumitur otiosis: siquidem tempus acceptabile est; & dies salutis. Volat verbum irrevocabile, volat tempus irremediabile; nec advertit insipientis, quid amittat. Libet consulari, ajunt, donec hora pertranseat. O! donec prætereat hora? o donec pertranseat tempus? donec hoc prætereat; quam tibi ad agendam poenitentiam, ad obinendam veniam ad acquiendam gratiam, ad gloriam promerendam; misericordiam Conditoris indulget. Donec transeat tempus; quo divinam tibi, reprobatiore debueras pietatem, propter ad Angelicam societatem, suspirare ad amissam hereditatem, aspirare ad promissam felicitatem, excitare remissam voluntatem, serè commissam iniquitatem. Sancti. Ber. ser. de triplici custodia.

Tempus, quod ad poenitentiam nobis divina clementia concessit, si perditum fuerit, in æternum recuperari non poterit: unde nulla jactura gravior est nobis, quam jactura temporis perdit. S. Bonav. l. 37. D. Septuag.

Ultimum periculum, est temporis ablatio, & cessatio. Modico tempore potest homo lucrari veniam, & gratiam, & gloriam. O si talis mercantia ad infernum portaretur, solum tempus dimidia horæ ad poenitentiam; emerent illud pro mille mundis, si possent. Veniam ad te tamquam sur, ait Dominus. Apoc. 2. 3. Fur ad hoc venit, ut thesaurum indiligenter custoditum tollat. Thesaurus utique indiligenter custoditus est pretiosissimum tempus: quod merito Dominus peccatori tollit, qui malè vivendo in lucro non ponit. S. Bernardus l. 1. serm. 13. Art. 3.

S. XIII.

Tempus breve.

Primum mane circa horam tertiam. Matth. 20. 1. 3. Dies hujus sæculi spatium est: qui quidem dies nobis longus videtur; sed, si cum æternitate Dei conferatur, est brevissimus. Origenes hom. 10. in Matth.

Unusquisque hominis vita quanta est? adde quantoslibet annos; due longissimam senectutem; quid est? nonne aura matutina? August. conc. prima de prima parte Pl. 36.

Æternitati comparata brevis est omnium temporum longitudo. S. Hieron. ep. 139. Cypriano.

Dies horarum, septimanæ dierum, menses septimanarum, anni mensium, labuntur instar. B. Theodorius Studia serm. 120.

TENTATIONES.

S. I.

Symbols.

S' ambulaveris in medio umbrae mortis. Psalm. 22. 4. Medium umbrae mortis agnoscimus vitam tentationis. Sancti. Chryl. hic.

Salvum me fac Deus: quoniam intraverunt aqua. Ps. 68. 2. Hæc est deprecatio poenitentis, vel tentati; loquentis ad modum naufragantium, quorum navis rupta est, & impletur aqua: tunc deprecantur Deum, ut salvas possint facere animas suas tantum, id est, vivi possint evadere. Hugo Cardin. hic.

Ventus turbini veniebat ab Aquilone. Ezech. 1. 4. Ventus

turbini ab Aquilone venit, quando frigidus à charitate Dei diabolus flavit; & turbine tentationis genus humanum in primis parentibus à beatitudinis statu dejecit. Sancti. Rupertus. 3. in Ezech.

Morus magnus factus est in mari. Matth. 8. 24. Tempestas etiam oritur Apostolis: quia sine tentatione esse nemo potest. S. Ambros. l. 6. in Luc. 2.

Quotiescumque in tentationem incidetis; scito malleum diaboli esse. Origenes hom. 3. in Jerem.

Quasi quædam vestis animæ, caro est. Sed hæc nimirum vestis habet tinea suam: quia ab ipsa carnalis tentatio oritur, ex qua lacerantur. S. Greg. mor. l. 5. c. 29.

Quid est Mundus iste, nisi quidam spiritualis venationis locus? in quo tor tenduntur laquei, quot immituntur tentationes, seu ad delinquendum hominibus emergunt causæ. S. Laur. Just. l. de cont. Mundi c. 18.

Qualibet tentatio, nuntius est Infernalis inimici; qui nos requirit ad eum consentiendum; ut omnia nostra perdat, ac rumpat, fidelitatem suam, quam Deo, & Domino suo debet, & sponso. Et secundum quod anima recessit plus, aut minus; secundum hoc custodi illa melius, aut pejus, fidelitatem, & gratiam sponso sui. Geafon. de differt. mort. & venial.

S. II.

Tentationum utilitas.

Symbols.

Resolique de Mara venerunt in Elim. Num. 33. 9. ubi erant duodecim fontes aquarum, & palma septuaginta. Mara interpretatur amaritudo. Vides, post tentationis amaritudinem, ad quantam deveniunt & dulcium pomorum, & aquarum profluentium amoenitatem? Par tentationis itaque pugnam perduntur ad palmam; & per seipsos intolerantiam penuriam ad irriguam veniunt aquarum viventium affluentiam. B. Petrus Dam. l. 2. ep. 7.

Dabit pro terra silem. Job 22. 24. Terra peccator est. Ps. 1. 4. tamquam pulvis, quam dæmon hinc illicque jacta: cum iustus efficitur, si lex est: Ictus (cintillas) producit. Tentatus Deum invocat, cælum suspirat, proponit, &c. Oforius D. Epiph.

Surge Aquilo. Cant. 4. 16. Volo permittere, quod surgant diversa genera tentationum, & perferat, id est, stimulent horum meum, id est, sponsum meam; & fluent aromata illius. Quia per tales simulationes tu mereberis, & redolabis congruo modo. Aquilo enim est ventus frigidus; auferat verò est ventus calidus; & significant omnia genera tentationum; & omnia, quæ possunt inclinare ad malum. Quia quicumque malè agit; vel hoc facit ex timore infirmitatis, vel ex amore malè inflammante. Sancti. Thom. Aqu. hic Lect. 2.

Orta solo afluverunt. Matth. 13. 6. Per solem orientem intelligit tentationes: eò quod tentatio ostendit homines, & declarat, quales sunt: sicut sol manifestat abscondita. Theophylactus hic.

Sicut caro, quamvis præcipua sit, nisi fale aspergatur, corrumpitur: ita & anima; quantumvis perfecta, nisi assiduè assaliatur tentationibus relaxatur. S. Ambros. tr. de 42. mans. fil. l. 1. Decima octava mansio.

Testimonia.

Ex Veteri, Novo, Patribus, & aliis.

Vir erat. Job 1. 1. B. Job de virtute, & fortitudine animi, contra tentationes, quas, à diabolo insigante & sustinuit, vir appellatus est. V. Beda hic.

Tempus belli, & tempus pacis. Eccl. 3. 8. Qui bellum gerit contra spirituales nequicias, pacem cum Deo habet. Eum hac quidem vita tempus est assidue pugnandi contra principatus, & potestates: qui verò palmam consequetur, deinde in futuro seculo labatur in deliciis, & in multitudine pacis. Olympiodorus hic.

Erat navis in medio mari. Marci 6. 47. Discipulos tentari permittit, ut discant patientiam. Nam propterea non statim illis assisit; sed tota nocte finit in tempestate esse: ut doceat, fortes esse; & non in principio tentationum sperandam requiem. Theophylactus hic.

Illud scientes, Martyrii occasionem esse quamvis tentationem. Clem. Alex. Strom. l. 4.

Merito non solum ab incipientibus, verum etiam à provectissimis, Sanctis uniformiter Domino supplicatur, & dicitur: & ne nos inducas in tentationem. S. Ambros. l. 2. de vocat. gent. c. 9.

Cogitit adversarius Sanctos Domini ad sua damna tentare. Dum enim tentat, meliores reddit; ut, qui tentatur, possit alios instituere, qui sibi ipse invalidus videbatur. S. Ambros. in Pl. 43. Et inter gentes &c.

Nulla

Nulla sunt sine tentationum experimentis opera virtutis; nulla sine perturbationibus fides; nullum sine hoste certamen; nulla sine cogitatione victoria. Sancti. Leo ser. 1. de Quadrage: Hoc ipsum de misericordia protegentis est; qui naturæ mutabilis, ne de contactu prælio superbiat, semper voluit superesse, quod vincat. S. Leo l. 1. de Junio Pent.

Et qui fieri potest, dicit aliquis, ut Martyres imitemur? non enim persecutionis est tempus. Equidem id etiam scio persecutionis quidem tempus non est; ut martyris est tempus. Non persequuntur homines; at persequuntur demones: non vexat tyrannus; at vexat diabolus tyrannorum omnium fevissimus: non obiectas prunas conspicis; at cupiditatis conspicis flammam accensas: illi cum bestis pugnant; tu iram, immitem, & indomitam, belluam frana: illi adversus intolerabiles dolores sterunt; tu absurdas, pravaque, cogitationes, quæ in corde tuo pullulant, vince: ira Martyres imitaberis. Sancti. Chrysol. t. 6. Laudatio S. M. Barnham.

Mos est Deo, ut non liberet à periculis viros virtute claros; neque à tentationibus liberet: sed in ipsis tentationibus tantam suam declarat virtutem; ut tentationes ipse eis fiant occasio lætitiæ magnæ. Sancti. Chrysol. hom. 62. in Gen.

Non mihi videtur magnæ laudis futurum fuisse hominem; si propterea posset bene vivere, qui à nemine malè vivere suaderetur. V. Beda in Gen. 3.

Quor habet Christus milites, certamen ostendit; qui triumphum mereatur, per bella cognoscitur. Ennodius l. 2. ep. 14.

Si homini videtur dura via virtutis, quia continuo oportet nos pugnare adversus carnem, & diabolum, & Mundum: recorderetur, quod, quicumque elegerit vitam, etiam secundum Mundum, multa illi adversa, tristia, incommoda, laboriosa, patiendi sunt. Idiota Regul. 1.

Desperant aliqui de Dei bonitate, si non suaviter dulcedinis suæ experimento quique gullent: quasi jam esse velint, non ipse, sed ipsa re, beatis; & possidere hereditatem sanctuarium Dei: neque esse in laboribus hominum; neque cum hominibus per tentationes flagellari. Pl. 72. 5. Gerson. de consol. lat. Theolog. l. 2.

Frequenter, dum graviter nocere cupit hostis, prodest admodum: & proficit in tantum; quod crebro hominem tentare desistit, ne, tentationem superando, mereatur. Gerson. opus. de div. tent. diaboli.

S. III.

Tentationibus resistendi motiva.

Num. I.

Deus, & gratia ejus, adjuvat.

Noli timere: plures enim nobiscum sunt. 4. Reg. 6. 16. Et nos dicamus, quoties ab inimicis Christi visibilibus, seu invisibilibus, circumdamur. Dicamus, inquam, fidem habentes, spem retinentes, charitate Deo propinquant: noli timere, o anima, noli timere Ecclesia: plures enim nobiscum sunt, quam cum illis. Nobiscum est Dominus, nobiscum est Angelorum exercitus, nobiscum est spiritualis pugnae princeps, & victoriæ opifex, Spiritus Sanctus. S. Rupertus l. 5. c. 33. in libros Reg.

Ut tentaretur à diabolo. Matth. 4. 1. Merito nos D. N. J. C. jejuniis suis, atque deserto, adversus voluptatum informat illecebras; & tentari se Dominus omnium à diabolo patitur, ut in illo omnes vincere disceremus. S. Ambros. l. 4. in Luc. 4. Propterea tentari se passus est Imperator; ut doceret militem dimicare. S. August. l. 63. de divers. Reçtè ergo continuo docturus, primum tentationes nostras in semetipsum admittit, & vicit; atque vincendo, milites suos vincere voluit. S. Rupertus l. in Evang. c. 15. Sicut pro nobis, & pro nostra salute, unigenitus Dei dignatus est incarnari, circumcidi, baptizari, crucifigi; ita & tentari: ut nobis virtutem, & gratiam, triumphandi in omni tentatione promeretur. Dion. Cartus. in Luc. 4.

Eccè vides cæcos apertes, & Filium hominis stantem à dextris Dei. Act. 7. 55. Incrudenter offert sanguinem suum, qui præ oculis habet Regem suum; simul & bravium suum. Euseb. Emisil. hom. de S. Stephano. Vidit stantem: quia stare proprium est adjuvantem in prælio. Lyran.

Non patietur vos tentari supra id, quod possitis. 1. Cor. 10. 13. Adverte, distributas à Domino tentationes, secundum eorum, qui tentantur, vires. Qui enim novitates neminem, nisi Christum, visum voluerit evadere, ex presentata Mundi monarchia; eum solum vult ca tentari. Similiter de dignitate Messie, qui solum Joannem pulsari voluit. Joan. 1. 19. quia solum noverat eam refutaturum. Oleaster.

Qui pro nobis mortem semel vicit, semper vincit in nobis. S. Cyprianus ep. 9.

Plena sunt angelorum omnia, aer, terra, mare; Ecclesie, quibus Angeli præstant. Adsum Cherubim, & Seraphim; qui dicunt Sanctus! Sanctus! Sanctus! Plenus est Mundus Sanctarum Virtutum; quia plenus est necessitatum: plenus est orbis terrarum remediis; quia plenus est laqueis. S. Ambros. Oct. 1. in Pl. 118.

In tua pugna Dominus congregitur, Dominus dimicat: prælium tuum, Christi est prælium: peremptio hostis, gloria est Imperatoris. Sancti. Chrysol. l. in illud Sap. 3. iustorum animæ.

Adamante solidiores nos Dei gratia efficit; & si volumus, omnino impugnabiles. Itaque sicut qui adamantem tundit, nihil adamantem nocet; sed seipsum fatigat, & robur suum immittit: in hunc modum res se habent nostræ: cum salus adversario; si armis, quæ nobis Spiritus S. gratia exhibet, contra nos muniamus. S. Chrysol. hom. 4. in Gen.

Quid nocere poterit eorum, quæ sub cælo sunt; quem Deus cæli protegere, & conservare voluerit. S. Bernardus ser. 1. sup. qui habitat &c.

Ex quo argumento magno factum est nobis, quod non neminem Deus in tentationibus, & tribulationibus derelinquit; ut non ministret de superis necessarium omnino virtutum; & conforter angelicæ, qui humane succumbit; comedit de cælis, quod non reperitur in terris: ut & velut corporeus, & passibilis, sustineat passionem. Sim. Cass. l. 13. c. 13. Luc. 22. confortans eum.

Post gravissimas tentationes. S. Antonius sententiæ presentiam Domini ubi eras, ait, bone Jesu ubi eras? Quare non à principio adfuiti, ut sanares vulnera mea? Et vox ad facta, Antoni, hic eram; sed expectabam videre certamen tuum. Præfat. vitæ S. Antonii.

Num. II.

Tentationibus possumus resistere; nostra ignavia vincimur.

Ex Veteri.

Chimque levaret Moyses manus, vincit Israel; sed autem paululum remisisset, superabat Amalec. Ex. 17. 11. Orat Moyses, & vincit; cessat, & vincitur. Didicit Christianus, quid gerat; invenit, quid fugiat. Didicit, inquam, unde aut vincatur, aut vincat: quamvis instantibus Christiano orandum sit: & quia periculosior hostis est, & pro seipso, non pro altero pugnat. Unde apparet, vires hosti illi dare, qui cessat; & sese ei subijcere, qui non orat: quod totum est, odisse sua, & diligere aliena: sibi ipsi hostem existere, dum contra hostem nolit jugiter exorare. Hostis enim, dum oras, premitur; dum cessas, erigitur. S. Chrysol. t. 1. l. de Moysè. Nec quisquam poterit exculari, qui hostem vincere nolit; dum orando cessat: & tamen in Moysè corpus deficiente, non voluntas aliquando cessabat. Si ergo fragilitatis causa in Moysè exculare non potuit, quemadmodum in nobis voluntas poterit exculari? S. Rupertus l. 3. in Ex.

Securi erant, & nihil adversi suscipiebantur. Judic. 8. 11. I. fraclitæ de tribu Dan, vidisse dicuntur populum habitantem in quadam regione, absque omni timore securum; indeque audaciam sumpsisse ad illum invadendum. Sic demones se animant &c. Diez conc. 2. D. 5. Epiph.

Filiis tuis, & filiabus vestimentis, & libentibus vinum, repente ventus vehemens irruit. Job 1. 18. Notandum, quæ tempora tentationibus congruant. Tunc quippe diabolus tentandi tempus elegit; quando B. Jobi filios in convivio invenit. Neque enim solummodo intuetur hostis, quid faciat; sed etiam, quando faciat: nam quamvis potestatem acceperit; aptum tamen ad subversionem tempus exquisivit. S. Gregor. mor. l. 2. c. 9.

Aperi mihi forer mea. Cant. 5. 2. Ponit his verbis rationes, ad suadendum peccatori, ut aperiat Deo. Cum ait: aperi mihi, insinuat, aperuisse peccatorem alius, vel aperire solere. Etenim ad jantum cordis stat etiam diabolus pulsans; sed alio modo, quam Deus. Sicut enim in palatii regnum plures sunt ordines portarum, antequam perveniat ad secretum cubiculum: ita cor hominis plures continet ordines portarum. Quinque sensus sunt portæ; magis intima sensus interni, phantasia, appetitus sensitivus: per quas etiam intrat diabolus, & vehementius pulsatur; cum fœdas cogitationes excitat, & immittit; quas David Pl. 77. 49. vocat immisionem per angelos malos. Et sic misit diabolus in cor Juda. Joan. 13. 2. ut traderet Christum. Diabolus quidem immittit; sed Judas admittit, & consentit: & ideò ad possidendum cor ejus intravit; cum tamen illam immisionem potuisset repellere. Univerfa enim potestas, diaboli non amplius se extendit, quam ad pulsandum ad has januas: at ulterius est intior cordis janua ad superiorem spiritum partem, ad quam solus Deus immediate pulsare po-